

**Tractatus breuis et utilis pro infirmis visi-
tandis ⁊ confessionem eorum audiendis.**

Um pro confessione audienda aut viatico aut
sacra vnctione aut vtriusq; ministradis ad ali-
quem infirmum perueneris vocatus. Attēde
primo in transeūdo ad ipsum q̄ forte talis sta-
tim migrabit a seculo: quem debes tali migra-
tione dirigere: p̄pter qđ omnes sensus tuos re-
collige ne aliquid circa ipsum necessariū pretereas ⁊ obmittas
⁊ ideo caue ne festines ab ipso recedere: si saltem rationis est
compos ⁊ non p̄perat ad mortem. Potest autem cōtingere
cum ad infirmum pueneris q̄ obmutuit: aut factus est amens
vel freneticus. Si igitur interrogatus verba vel signū dede-
rit: vel si dare non possit: astantes tamen testantur q̄ peniten-
tiam vel sacerdotē vel sacramenta petiuerit: in quo casu suf-
ficit vnus testis: quia nō agitur de preiudicio alicuius: debes
ipsum absoluerē et reconciliare sub forma absolutionis a pec-
catis cōmunibus. Nisi forte excōmunicatus esset tunc ipsū ab
excōmunicatiōe debes absoluerē: s̄m modū et formā sequētē.

**Absolutio a maiori excōmunica-
tione siue ab homine siue a iure.**

Auctoritate dei omnipotentis ⁊ clauium ecclesiaz mi-
hi licet immerito in hac parte concessaz a tali senten-
tia excōmunicationis te absoluo: ⁊ cōmunicatiōi ho-
minum ⁊ participatione sacramentoz restituo: in nomine pa-
tris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Amen. Si habet litteram a papa q̄
potest in articulo mortis sibi impendi plenissima remissio pec-
catorum: absoluas eum sic q̄ p̄aus litterarum tenorem dilige-
ter inspicias ⁊ formam ipsarum attente reserues. Unde vide-
as si alicui vel aliquibus ad restitutionem vel satisfactionem

teneatur: illam iniungas sibi per se vel heredes aut successores faciendam in toto vel in parte prout eius suppetuit facultates. nisi penitus esset in non soluendo. Item si indulgentia huiusmodi concessa est sub forma: vt aliquod pro ea consequenda per ipsum fuerit faciendum. Videas an illud adimpleuerit quia alias indulgentiã huiusmodi minime consequetur. Vel si ex forma ipsius adhuc fuerit adimplendum: iniungas ei vt illud adimpleat. Nec est alia penitentia ei necessario imponenda: nisi velit ad cautelam. Item videas et interroga an ex confidentia huiusmodi remissionis aliqua comiserit peccata: quia tunc quantum ad illa remissio huiusmodi nullatenus suffragatur: et sic de alijs in forma indulgentie expressis. Et tunc ultra formã absolutionis cõmunem de qua infra. dicas. Et auctoritate dei omnipotentis at beatorum petri et pauli apostolorum eius atque domini nostri pape plenissimã tibi peccatorum tuorum concedo remissionem: prout indultum ipsius domini nostri pape concessum se extendit: et tunc si sine periculo est: puta cum non vomit: nec timetur de vomitu vel expuendo: nec deridet aut repellat sacramentum cõmunica eum. Si autem vomit vel spumit viaticum ei non debet dari: quia sufficit sibi sola fides. Si autem fuerit dummodo ante furiam vel frenesim petiuerit infundas ei eucharistiam et extrema unctione iniungas eum. Illud potest fieri quod extrema unctio datur multis surdis et alijs qui propter egritudinem nec loquuntur nec intelligunt. Si autem casu sacramentum euomerit: vomitus ille secundum Ray. debet summi diligenter et cremari et cineres iuxta altare recondi.

Signa sufficientia circa infirmum.



Signa autem que sufficientia in hoc casu sunt ista: quia forte extendebat manus vel oculos leuauit ad celum: vel percuciebat pectus: vel dicebat miserere mei deus: sancta Maria ora pro me: vel simile multo plus si nutu post

quod adueneris petit illud. Si infirmus non est confessus nec potest te attendere: dicas testibus et assistentibus sibi: si superuixerit quod ammonent eum petitioni sue fuisse satisfactum: et quod ad confessionem veniat recepturus a sacerdote penitentiam sibi debitam pro peccatis. Si infirmus mutus fuerit aut amens vel freneticus: aut sane mentis: sed stupidus vel distractus: nec aliquid signum contritionis apparuerit: nocte superueniente apparet: fac diligentiam tuam utrum possis ipsum ad contritionem vel ad dandum signum contritionis inducere. Hoc facies exhibendo sibi crucifixum vel pectoris tunctionem: aut aliquid huiusmodi. Si non poteris: committas eum domino: nec ei debes eucharistiam vel viaticum tribuere. Si infirmus sane mentis est aut vel confessus vel non. Si est confessus vel tibi vel alteri: si tibi tunc scis quid egeris apud ipsum. Si non est confessus vel est confessus alteri de quo dubitas quid fecerit: erit eadem doctrina scilicet quod primo iubeas populum ad modicum recedere: et facias diligentiam tuam cum ipso: quia pastor eius es: et si tempus patitur taliter incipias: mi domine vel frater quando estis nouissime confessus: recolitis ne alicuius quod confessus non estis: habetis ne necessitatem in aliquo vel dubium propter quod vobis timere possitis de periculo in anima hoc exponatis mihi quia paratus sum omnibus modis et viribus vobis sicut tenor subuenire. Verum est quod multi conualerunt qui grauius decumbebant quam vos decumbitis. Etiam multi minus infirmi mortui sunt. Rogo et consulo ut eligatis quod est tucius et disponatis vos ad transitum: si ita sanus essetis sicut aliquis hominum mundi bonum esset vos esse paratum et dispositum ad mortem: quia saluator noster semper volens nos esse paratos ad transitum sic admonens omnes dicit. Estote parati quia quia hora non putatis filius hominis venturus est. Rogo etiam quod primo

confitemini si quid recolitis quod confessus non estis: quia si vnum peccatum mortale scienter obmitteretis vos essetis in via damnationis eterne. Et si confitetur audi confessionē suā patienter et benignissime vsq; ad finem. Audita confessione: vel si etiam nihil velit confiteri nihilominus interroga de decem preceptis vel aliquibus eoz sicut cognoueris expedire.

Interrogationes circa infirmum.

Primo quādo p̄ime ante istā infirmitatē sit confessus. Secūdo vtrū semp̄ impleuerit penitentiā vel satisfactiōē sibi iniunctā p̄ presbyterez. Tertio vtrū semp̄ ad pascha sit confessus et sumpsit corp⁹ christi. Quarto an seruaue rit mādata ecclesie celebrando festa et ieiunando que p̄ ecclesiam sūt indicta. Quinto vtrū audiuerit missas et s̄mones p̄cipue in diebus dñicis et festiuis. Sexto de arte vel officio quod habet: vtrū illud fecerit iuste: administrauerit fideliter sine dolo. Septimo an male quesita possideat de quib⁹ nondū p̄fecte satisfecerit. Octauo vtrū inimicitias vel odia retineat. Nono vniuersaliter quid fecerit in vita sua: p̄ deo vel sanctis ei⁹ et qualiter vixerit: quid boni aut quid mali egerit in hac vita. Decimo vtrum innodatus sit aliqua sententia excommunicatiōis a iure vel ab homine: et si aliquem taliter excommunicatum absoluisi: dicas et iniūgas eidem q̄ sanitate restituta seu cessante necessitate q̄ cito commodose possit illi a quo alias absoluendus fuerat personaliter se representet absolutioni ipsius super illis pro quibus erat excommunicatus humiliter recepturus et prout suadebit iustitia satis facturus. Item facta cōfessione et auditis responsionibus super interrogationibus q̄s fecisti. Primo et principaliter niti debes q̄ infirmus veram contritiōem et dolorem super omnibus peccatis suis habeat: et q̄ nullo modo de misericordia dei desperet: qui nō vult mortem peccatoris: et cuius misericordia super omnia opera eius:

et si veram de peccatis eius habet contritionem sine dubio saluabitur: licet in purgatorio penam satisfactoriam eum forte lere oporteat pro peccatis. Item si habet inimicitias vel odia diuturna rogo qd dimittat: quia nisi dimitteret illa deus non dimitteret sibi peccata. Et bonum est qd facias infirmum tibi vel alicui noto debitori reconciliationem auctoritate sua committere facere faciendam.

De clericis.

Item si maleque sita possidet: puta si est clericus et habet beneficium symoniacum vel malo titulo: inducas ipsum qd statim resignet vel aliquem procuratorem irrenocabilem constituat et quando potest restituat de fructibus male perceptis secundum qd dicitur in tractatu de restitutionibus.

De laycis usurarijs.

Item si est laycus et habet usuram: rapinam: furtum: legatam impios usus: aut alias: si detinet mercedes seruientium vel defraudauit aliquem in emendo vel vendendo aut si nocuit alicui per detractionem in fama per incendium: malum consilium: mutilationem: aut huiusmodi: et est insoluendo: iniungas sibi qd satisfaciat quibus debet: vel ordinet de certo qd pro talibus satisfaciat. Talis enim ordinatio certa sit hoc modo: qd aduocet heredes te presente vel fidei commissarios seu executores testamenti sui: et qd illi promittant tibi et sibi qd de omnibus satisfaciant illis quibus satisfactio fieri debet. Et ipse promittat tibi similiter sicut illi: et hoc si tempus patitur. Alias sufficit contritio confessio et iussio seu manifestatio de restituendo et heredes postea ad satisfactionem compellentur. Quod si infirmus non obediret inimicitias et odia relinquendo: item restitutionem ut predicat faciendo neq; de hoc cauendo seu cauere volendo. non esset per presbyterum soluendus. Si infirmus non habet unde restituat non facias difficultatem.

tatem in illo nisi iniungas sibi si supervixerit ⁊ habere potuerit
q̄ satisfiat cui debet ⁊ doleat quod damnificavit proximum
⁊ ei satisfacere nō potest. Item nō est infirmo in periculo mor-
tis imponenda quantitas pene: sed innotescenda ⁊ amicorum
orationibus ⁊ clericorum studijs pondus penitentie subleuan-
dum. Innotescenda vero est penitentia per modum consola-
tionis: ostendendo benignitatem misericordie dei: peccata re-
mittentis: magis q̄ per modum horroz. Et potest sacerdos
sic dicere infirmo. Talem penentiā deberes agere ⁊ vsq; ad
tale tempus: sed quia infirmus es tibi eam non iniungo: facias
autem talem elemosinam: siue iniungas heredibus tuis cū ef-
fectu si deceiseris q̄ illam faciant pro penitentia predicta. Si
vero supervixeris facias penitentiam quam predixi: vel illaz
quam sacerdos cui confiteberis que iam confessus est tibi duxe-
rit iniungendam. Et licet presbyter penitentiam innotuerit in-
firmo nihilominus iniungat ⁊ sollicitus sit ad hoc modis om-
nibus q̄ infirmus ad cōfessionem redeat si deus restituerit sibi
sanitatem. Et ne ad desperationem veniat infirmus: ostēdas
sibi multitudinem ⁊ magnitudinem misericordie dei: ⁊ dicas:
Scias q̄ deus non exigit aliquid a te ultra vires tuas: quod
potes hoc fac ⁊ saluaberis. Et summe cauēdum est ne aliquid
dicatur vel fiat cum infirmo quod posset ipsum ad desperatio-
nem inducere. **H**ortari quoq; debes infirmum quod de rebus
suis per testamentum disponat q̄ quilibet heredum sibi debitū
sine litibus recipiat vt quo heredes magis quieti sint monean-
tur ad sibi subueniendum post mortem. In quo etiam testamē-
to disponat de restitutionibus si tenetur ad aliqua. **O**rdinet
q; de elemosinis ⁊ alijs faciendis sicut anime sue meli⁹ cogno-
uerit expedire. Item si infirmus habet aliquos casus reserva-
tos innotescendum est sibi: q̄ si convaluerit: accedat illos qui
habent ipsum absoluerē. Alioquin absolutio nulla esset. **Ni/**

hūilominus tamen credat infirmus firmissime si decesserit q̄ ab
solutus sit. Sciendum q̄ quilibet presbyterum infirmum in ex
tremis constitutum penitentem ab omnibus peccatis ⁊ senten
tijs excōmunicationis et quibuscunq; vinculis potest et debet
absolvere vbi mors timeretur sine dilatione. Et eum infirmum
qui non est confessus aliquem casum propter quem esset a iure
vel ab homine excōmunicatus: premissa oratione. *Miserere a/
tur tui deus omnipotens. Absoluat sub ista forma. Dominus
noster iesus christus te absoluat ⁊ ego te absoluo a quibuscun
q; excōmunicationis sententijs si quas incidisti ⁊ restituo te ec
clesiasticis sacramentis: ⁊ absoluo te a peccatis tuis in nomi
ne patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti amen. Si autem confessus ē ali
quem vel aliquos casum vel casus propter quem vel quos ex
cōmunicationem incidit a iure vel ab homine: efficiat primo cū
infirmo si excōmunicatus est pro offensa notoria q̄ satisficiat
aut cautionem de satisfactione prester: vel de cetero dispona
cum heredibus q̄ satisficiat offenso si est inhabendo. Si non ha
bet aut cautionem prestare non poterit nihilominus absolua
tur. Et similiter faciendum est si fuerit propter contumaciam
excōmunicatus. Et presbyter legat super eum primo psalmū:
miserere mei deus: vel alium psalmum penitentionalem cum
dominica oratione ⁊ versus. Saluum fac seruum tuum domi
ne. Nihil proficiat inimicus in eo. Esto ei domine turris forti
tudinis. domine exaudi orationem meam. Et collecta. *Deus
cui proprium est misereri semper ⁊ parcere suscipe deprecatio
nem nostram: vt hunc famulum tuum quem excōmunicatōis
kathena cōstringit miseratio tue pietatis absoluat. Post hoc
absoluat ipsum sub hac forma. Dominus noster iesus christus
te absoluat ⁊ ego te absoluo ab istis ⁊ ab istis excōmunicatio
nis sententijs ac a quibuscunq; alijs excōmunicationis senten
tijs si aliquas incidisti ⁊ restituo te ecclesiasticis sacramenti s**

Et absoluo te a peccatis tuis in nomine patris et filij et spiritus
sancti. Si habet bullam pape absolue eum ut supra in primo fo
lio: nec ibi hesites multum an ipsum vigore illius bulle debeas ab
soluere: eo quod nescis si sit in extremis vel non: sed secure vigo
re illius bulle absolvas ipsum: quia si non est in extremis nulla
fit absolutio: quoniam bulla dicit quod solum in extremis possit si
bi impendi huiusmodi remissio. nisi bulla plus contineat. Ergo
vide diligenter bullam: et ergo si convaluerit tenetur recipere
penitentiam super peccatis que in infirmitate confessus est: quia
non est absolutus per bullam: ex quo ipse non fuit in extremis: et
si iterum decumbit iterum sub vigore bulle absolvas ipsum: et hoc
fac totiens quoties infirmatur ad mortem. Sed innotescere de
bes infirmo si convaluerit quod penitentiam semper pro peccatis in in
firmitate illa confessis recipiat: quoniam vigore bulle non est ab
solutus: et quod bulla pro pena non sit cassa sed eque valebit sibi cum
in extremis fuerit constitutus. Sic absolutum exhortare ad devo
te petendum et affectuose desiderandum sancta sacramenta extre
me unctionis et corporis domini nostri iesu christi: et ipsum si de
voteprecierit debes iniungere et sibi sacramentum ministrare. Cir
ca hoc tamen notandum est quod si presbyterum pertingerit venire ad in
firmum cum extrema unctione et viatico qui post omnem diligentiam
ut vere peniteret secum factam non vult restituere ablata aut mi
nicitias relinquere: vel alias non vult penitere secundum con
siliium sacerdotis sicut est debitum presbyter inducat eum quod
non petat sacramentum eucharistie et ostendat sibi quantum
potest quod non sit vere penitens: eo quod iudicium sibi sum
meret si sic summeret corpus christi: sed pretendat coram po
pulo et petat presbyterum populo sic dicere quod iam non sit
dispositus ad illud sacrum: sed speret se de dei gratia pro statim fu
turo tempore ad illud posse disponere. Et presbyter quodquid potest
cum veritate pretendat quod inducat infirmum: ve commineet

in peccatis. Si autem infirmus omnino non vult audire presbyterum: sed nec credit se penitentem vel non vult penitere: sed erubescit coram populo qui tunc se associavit sacramentis confundi: pretendens signa contritionis et petens constantem sacramenta presbyter debet ipsum procurare sacramentis: tam extreme unctiois quam corporis christi: et una causa est: quia alias perderet infirmum non esse vere penitentem quod scit solum per confessionem: et sic esset proditor confessionis: quod omnino debet cauere. Alia causa est: quia christus non remouit iudam a comunione quem sciuit oculte traditorem impenitentem nec deus prodidit ipsum: sic nec sacerdos: et quonia sacerdos quantum est in ipso prohibet eum ne communicet ideo non peccat dando infirmo corpus christi: sicut nec christus peccauit dando iude corpus suum. Secus esset si infirmus esset et publicus usurarius: vel alterius generis manifestus peccator: in quo casu sacerdos non debet eum communicare nisi satisfariat aut de satisfaciendo prestat debitam cautionem: si satisfaciendi vel cauendi habet facultatem: alias sufficeret penitentia vera: et interrogas eum quantum sufficit ad presens manifestum: quem iudex pro tali declarabit: vel ipse se in iudicio talem recognoscit vel per testes idoneos pro tali fuerit conuictus. Aut etiam cum testis est populus et dissimulationi non est locus: vel etiam si coram sacerdote et assistantibus publice confiteretur. Infirmum sic procuratum sacramentis hortari debes de decedat tendendis et agendis per ipsum. Primo quod de nullo se impediat de cetero nisi de his que sunt de anime sue salute scilicet de dolore pro peccatis passionis christi meditatione cuius meritum offerat deo continue pro peccatis suis. Item quod pro momento habeat continue circa se figuram crucifixi. Item quod commendet se orationibus sancte marie virginis et sanctorum quibus seruiuit in vita: vel quorum se confidit patrocinij ad diuani

7 sine intermissione oportet venire ad beate marie virginis san-
ctorum angelorum apostolorum martyrum confessorum et vir-
ginum consortium quo in numeri sancti precesserunt eum in nu-
meri securi sunt: pro nibiloque ducat hunc miserum mundum re-
linquere: ubi nullum perfectum nec manens est gaudium: sed
omnia amaritudine et tristitia sunt permixta. **D**ortareque pre-
cipue infirmum quod firmus sit in fide: et si sibi cogitatio infide-
litas incidere quod signet se signo crucis et reuertet eam: sup-
plicetque deo ut eum in vera fide conservare dignetur: orat etiam
etiam continue symbolum apostolorum: et symbolum athanasii.
Item quod convertat se ad cogitandum passionem christi: tran-
situm sanctorum de hoc mundo: ipsorum eadem statum et gau-
dia que iam habent in regno celorum. **I**tem quod subdat se omni-
no patienter et humiliter dispositioni diuine et libenter subeat
penas infirmitatis vel mortis sicut diuine placuerit voluntati.
de infirmitate presertim debes ipsum exhortari quod in ea sit
patiens etiam per quantumcumque longum tempus duratura fue-
rit: quia deus flagella omnem filium quem diligit et hic per fla-
gella purgat ne inueniatur aliquid quod postea in purgatorio
puniatur. **E**t oportet nos aptari per tonsiones et sculpturas mar-
cellis tribulationum. quod efficiamur mundi et apti lapides ad re-
ponendum in edificatione super celestis hierusalem. **I**tem dic
quod commendet se orationibus presbyterorum et populi tunc pre-
sentis. **I**tem ultimo commenda te orationibus infirmi: et hor-
tare ipsum quod quotiens occurrat sibi aliquid quod non est con-
fessus vel aliquid aliud quod facit sibi dubium vel scrupulum
statim aduocet confessorem et dubio fiat certus. **R**ecedendo
ab infirmo si ibi est aqua benedicta asperge infirmum et lectus
ipsius: circum quam dicens. **E**xurgat deus et dissipentur ini-
mici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. **E**t sic domi-
no committas infirmum. et dic. **D**ax domini nostri iesu chri-

fi et virtus passionis eius et signum sancte crucis integritas be-
atissime virginis Marie et benedictio omnium sanctorum et
custodia angelorum necnon suffragia omnium electorum sunt
inter te et omnes inimicos tuos visibiles et invisibiles in hora
mortis tue. Amen.

Temptationes dyaboli circa infirmum.

Prima est in fide: eo quod fides totius salutis extat funda-
mentum: et sine fide impossibile est placere deo. Secun-
da est desperatio: que est contra spem quam homo debet
habere in deum. Cum enim homo doloribus cruciatur tunc dya-
bolus dolore dolori superaddit obiciendo ei peccata sua mo-
dis quibus potest ut eum in desperationem inducat: sed tamen
venia nullus debet desperare: etiam si tot latrocinia furta et ho-
miciidia perpetrasset: quot sunt maris gutte: etiam si de eisdem
nunquam prius egisset penitentiam nec ea confessus fuisset: nec etiam
modo ad confitendum eadem haberet facultatem: quia in tali ca-
su sufficit sola interior contritio. Solum enim desperationis crimine
est quod mederi non potest. Tertia temptatio est in patientia: que
est contra charitatem qua tenemur deum diligere super omnia: quia infirmi-
tas plerumque et precipue ad mortem indispositos et inuite morien-
tes: ac defectum vere charitatis habentes a deo reddit impatientes
atque murmurantes ut plerumque ex nimio dolore et impatien-
tia ameres et insensati videantur. Quarta temptatio est sui ipsius
complacencia: que est supbia spiritualis. Cum enim dyabolus hominem
ad deviandum in fide vel ad desperationem vel ad impatientiam
non potest inducere: tunc aggreditur eum per sui ipsius complacencia-
m: iaculans in eum tales cogitationes: o quam firmus es in fide:
quam fortis in spe et quam constans in patientia: o quam bonus operatus
es: et similia. quod fieri non debet: quia tanta posset esse sui compla-
centia ut per hanc homo damnetur. Quinta est nimia occupatio
rerum temporalium atque exteriorum circa uxorem liberos et ami-

cos carnales: diuitias atq; alia. Nam qui bene & secure mori
uoluerit debet omnia temporalia & exteriora simpliciter atq;
totaliter postponere: & se in deum plenarie committere.

Interrogatoria alia circa extremam unctionem.

Credis omnes principales articulos fidei et insup toti
sacre scripture fm catholicoz sancte ecclesie doctorū
expositionē: & detestaris omnes hereses & errores at/
q; superstitiones ab ecclesia reprobatas. Petaris insup q; in fi
de christi: sancte matris ecclesie vnitatem & obedientie morieris
Recognoscis te creatorem tuum sepe & multipliciter atq; gra
uiter offendisse. Doles ex corde de omnibus peccatis p̄tra dei
maiestatem amorem atq; bonitatem commissis et donis obmissis
& gratijs neglectis non solum timore mortis vel pene cuiuscū/
q; sed magis amore dei & iustitie: & petis sup omnibus istis ve
niam: optas insuper cor tuū illuminari ad obliuioꝝ cognitionē
vt de eis specialiter valeas penitere: preponis veraciter vel
le emendare si superuivere deberes: et nunq; plus mortaliter
peccarescienter & ex p̄posito. Rogas insuper deum vt det ti
bi gratiam hoc p̄positum continuandi: indulges ex corde om
nibus qui tibi vnq; verbo vel facto nocuerunt ob amorem & ve
nerationem domini nostri iesu christi: a quo & tu veniam spe
ras: petis etiā consimiliter indulgeri & remitti tibi ab his quos
offendisti quouismodo. Vis per te ablata restitui integraliter
inquātum teneris iuxta tuarum facultatum tenorem. Credis
q; pro te mortuus sit christus & q; aliter saluari non potes nisi
p̄ meritū passionis iesu christi. Et agis etiā de hoc deo gratias.
Infirmus ad hec affirmatiue respondens oret & orando spiri
tum domino reddat & saluus erit.

Finis presentis opusculi impressum in inclita ciuitate Pa
rauiensi per Iohannem Alakratu & Benedictū Olair. Sub
anno domini. M. cccclxxxij. decimaquarta die Nouembꝛis.